



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 33. Petri I. Magni Moscoviæ Ducis studium a Russorum religione  
superstitiones eliminandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. suæ causæ diffusus, aut suæ securitati  
 A. C. 1721. consultius fore ratus, die trigesima pri-  
 ma ejusdem Mensis clam Roma ad  
 Montem Cassinensem secessit.

## §. XXXIII.

*Petri I. Moscoviæ Ducis studium  
 Russorum religione superstitiones  
 eliminandi.*

*Vid. supra* Quam propensum erga religionem Ca-  
*t. 67. l. 214.* tholicam animum Petrus I. Mo-  
*§. 17. p. 599.* scoviæ Dux monstravit, abunde testa-  
*Et t. 69.* tum reddidit concessa PP. Capucinis  
*§. 40. p. 635.* ac Jesuitis Conventum, Ecclesiam &  
*Vit. Clem. XI* Gymnasium erigendi necnon liberum  
*in Concl.* Religionis Catholicæ exercitium intro-  
*pag. 118.* ducendi facultas: Ad tantam benigni-  
 tatem non parum conferre videbatur  
 supremus ejus Administer ac Cancellarius  
 Knees Fedor ( seu Theodorus ) Comes de  
 Galoskin seu Golowin, quem de re Christiana  
 optime meritum ejus que posteros ipsemet  
 Imperator Leopoldus in numerum S. R. J. Comitum  
 recepit, ac in Cæsareo diplomate honorificis  
 hisce verbis commendavit:  
 „Edocti fide dignissimis testimoniis  
 „ . . . Theodorum uti avitæ virtutis,  
 „ ita & dignitatis, possessionumque &  
 „ privilegiorum in Moscovia hæredem,  
 „ in id sedulo incubuisse, ut Majorum  
 „ suo

„suorum erga patriam, suosque Prin- Sæc. XVIII,  
 „pes merita non solum adæquaret, sed A. C. 1721.  
 „& superaret, quemadmodum pro  
 „suo cum publicæ, tum rei etiam Chri-  
 „stianæ promovendæ zelo re ipsa præ-  
 „stitit, atque ad amplectendum contra  
 „sanctæ Cruis hostes sacrum fædus,  
 „eosdemque una cum fæderatis ad  
 „subsecutam usque pacem strenue op-  
 „pugnandos prædicto Domino Zsari  
 „non solum auctor fuit, sed & insuper  
 „in obita magna legatione singulare  
 „erga Nos, sacrum Romanum Imperium  
 „Augustamque domum nostram devo-  
 „tionis, & observantiæ studium lucu-  
 „lenter probando, quam in patria Sago  
 „& toga sibi comparavit, præclaram  
 „Nominis & existimationis famam  
 „etiam extra eandem illustriorem red-  
 „didit. Nos sane non uno argumento  
 „persuasi, Viri hujus avitum domesticum  
 „Decus novo splendore ad posteritatem  
 „suam transmittendum augeamus, ab  
 „ipso in posterum quoque nihil non  
 „magnum pro Christiana Republica,  
 „nostra Cæsarea Majestate, sacroque  
 „Romano Imperio & Augusta domo  
 „nostra agendum audendumque a sua  
 „fide, integritate, agendique dexteri-  
 „tate expectari posse: facere non po-  
 „tuimus, quin eundem aliquo munifi-  
 „centiæ Nostræ Cæsareæ Monumento  
 „quod

Sæc. XVIII „quod ipsi non minus gloriæ, quam  
A. C. 1721. „aliis exteris, & cum primis posteris  
 „tati suæ ad capeffenda paria virtutis  
 „& laudis conamina incitamento futu-  
 „rum fit, condecorandum & in numerum  
 „S. R. J. Comitum recipiendum sulci-  
 „peremus. „

Majore adhuc jure in nostra Histo-  
 ria locum sibi vindicat ipsummet præ-  
 fati Ducis diploma, utpote præclarum  
 religiosi Principis monumentum, quo  
 idem Patribus Capuccinis in præcipua  
 Urbe Moscua Conventum & Ecclesiam  
 erigendi gratiam fecit. Erat autem  
 illius tenor sequens:

*In Nomine Domini. Amen.*

„Nos PETRUS Divina favente gratia  
 „totius Magnæ, Parvæ & Albæ Ruffiæ  
 „Imperator &c. Sibiriaë & Astrachani  
 „Rex, Magnus Dux Moscoviæ &c. &  
 „aliarum Orientalium, Occidentalium &  
 „Septentrionalium Regionum atque Pro-  
 „vinciarum antiquus hæres Dominus  
 „& Monarchia &c. universis & singulis  
 „quorum interest vel intererit aut quo-  
 „modolibet in futurum interesse pote-  
 „rit, præfente diplomate nostro notum  
 „testatumque facimus perpetuo & in  
 „ævum. Quomodo Nos supremum  
 „Numen rebus nostris ac Dominiorum  
 „nostrorum propitium reddere volentes,  
 „ineffia.

„ineffabilemque Dei bonitatem, quæ Sæc. XVIII.  
 „Nos tot gentibus, populis ac Natio- A. C. 1721.  
 „nibus dignatione sua præfecit, conser-  
 „vat & protegit, profundiori medita-  
 „tione nostro volventes ac revolventes  
 „in animo, cum in propugnationem  
 „jurium ac libertatum Serenissimæ Rei-  
 „publicæ Polonæ annexarumque Regno  
 „Provinciarum, pacto Nos inter Regem,  
 „Regnumque Poloniæ non ita pridem  
 „pacis æternæ sædere in suppetias Sere-  
 „nissimo ac potentissimo Principi ac Do-  
 „mino Augusto II. Regi Poloniæ magno  
 „Duci Lithuanæ, Ruffiæ, Pruffiæ, Ma-  
 „soviæ; Samogitiæ, Volhinæ, Podo-  
 „liæ, Podlachiæ &c. Hæreditario Duci  
 „Saxonæ, & Principi Electori, Fratri  
 „Nostro Charissimo contra Carolum XII.  
 „Regem Suecorum inclyti Regni Po-  
 „loniæ inuasorem, & ab aliquot annis  
 „sævum & crudelem depopulatorem,  
 „uti Regni ejusdemque Regis ac no-  
 „strum communem ac juratum hostem  
 „cum valido exercitu in Dominia Re-  
 „gni Poloniæ & majoris ducatus Li-  
 „thuanæ, intraviffemus, scientes opti-  
 „me victorias & triumphos a Manu  
 „Domini exercituum, Dei nostri Trini  
 „& unius, proficisci, nullamque in uni-  
 „versis copiis nostris fiduciam ponentes  
 „sed in dextera ejus, qui facit mira-  
 „bilia magna solus & inscrutabilia, &  
 „quo-

Sæc. XVIII. „quorum non est numerus, qui multi-  
A. C. 1721. „plicat gentes, & perdit eas, & sub-  
 „versas in integrum restituit, qui fun-  
 „davit terram in fortitudine sua &  
 „præparavit orbem in Sapia sua,  
 „in cuius manu est anima omnis vi-  
 „ventis & Spiritus universæ carnis, qui  
 „est Deus Deorum in Sion, Deus ma-  
 „gnus super omnes Deos, qui conterit  
 „fortitudinem inimicorum, deprimet  
 „superbos, corrigit humiles, deponit  
 „fortia, sublevat infirma, qui vivificat  
 „mortificatque, & cum occiderit, potest  
 „est mittere in gehennam, in cuius  
 „dextra, inquam, omnem spem & fide-  
 „ciam felicitatis nostræ reponentes, ac  
 „majorem ejusdem Dei ter Optimi Ma-  
 „ximi gloriam, in gratiarum actionem  
 „pro omnibus beneficiis hætenus No-  
 „bis ac populis Nobis subjectis præstitis  
 „pro deprecatione Divinæ Clementiæ  
 „necnon impetratione felicium armo-  
 „rum nostrorum successuum, adhibito  
 „in præmissis maturo Ministrorum no-  
 „strorum Consilio, animo deliberato  
 „sponte, libere statuimus, ac decrevi-  
 „mus, decernimusque per præsentem  
 „Ordinem S. Francisci Capucinorum in  
 „urbe nostra primaria Moscua introdu-  
 „cere, Religiososque dicti Ordinis, quo-  
 „rum vitæ pietatem, sanctimoniam,  
 „exemplaritatem, morum integritatem  
 „appri-

„apprime commendatam accepimus, *Sæc. XVIII.*  
 „fundare ac erigere, veluti omni me- *A. C. 1721.*  
 „liori modo, via, forma, jure ac stilo  
 „introducimus, fundamus ac erigimus.  
 „Quibus Religiosis Ecclesiam sub titulo  
 „sanctorum Petri & Pauli Apostolorum,  
 „tum Conventum ædificare, hortum in-  
 „struere, ac plantare demandavimus,  
 „idque in loco supra nominato, quem  
 „immunitati Ecclesiasticæ adscripsimus  
 „ac incorporavimus, tituloque perpe-  
 „tuæ ac irrevocabilis donationis dedi-  
 „mus, donavimus, impertiti & elargiti  
 „sumus, liberumque ab omnibus contri-  
 „butionibus, exactionibus fecimus, &  
 „pronuntiavimus veluti nostro & Serenif-  
 „simorum nostrorum Successorum nomi-  
 „ne adscribimus, incorporamus, damus,  
 „donamus, impertimur, elargimur,  
 „facimus ac pronuntiamus perpetuo &  
 „in ævum hoc nostro diplomate. Ca-  
 „vemus insuper & edicto nostro supre-  
 „mæ potestatis præcipimus, & inhi-  
 „mus, ne quispiam spiritualium vel  
 „sæcularium personarum Dominiis no-  
 „stris subjectarum, eosdem Religiosos  
 „Ordinis sancti Francisci Capucinos  
 „quovis modo, prætextu, colore &  
 „ingenio, circa exercitia spiritualia ac  
 „devotiones illorum privatas & publi-  
 „cas, juxta Ritum sacræ Romanæ Ec-  
 „clesiæ, impediatur, vel impediri per  
 „se,

Sæc. XVIII., se, vel subordinatas personas faciat,  
 A. C. 1721., verum iisdem debitum honorem, amo-  
 rem, & observantiam, omnes & sin-  
 guli, & quilibet in particulari facere,  
 præstare & exhibere tenebitur, Quam  
 quidem foundationem pura intentione  
 ad majorem Dei ter Optimi Maximi  
 gloriam modo præmissis per Nos fa-  
 ctam, ratam, & gratam habentes,  
 haberique a Serenissimis Successoribus  
 nostris volentes ipsam fovere, paterno  
 affectu tueri ac defendere appromit-  
 timus. Cæteraque ad erectionem,  
 conservationem, ac manutentionem  
 ejusdem foundationis nostræ necessa-  
 ria, ac opportuna procurare, & pro-  
 curari facere promittimus, ac conce-  
 dimus præsentium vigore literarum,  
 in fidem vero præmissorum omnium  
 & singulorum ac Testimoniorum di-  
 ploma hocce Manu nostra subscriptum  
 sigillo nostro communiri fecimus, &  
 demandavimus: Datum per Manus  
 Principis a Galowin Cancellarii nostri  
 supremi in præsentia &c.

Tam prona Ducis Magni voluntas  
 haud dubium fidei Catholicæ in vastis-  
 simo hoc Imperio revocandæ spem sum-  
 mo Pontifici ingesserat, potissimum eo  
 nomine, quod ipsemet Dux jam ante  
 quatuor annos datis ad Papam literis  
 pollicitus esset, se Catholicis plenam  
 Reli-



Religionis suæ exercendæ libertatem Sæc. XVIII. A. C. 1721.  
 in suis Provinciis concessurum: Ea-  
 propter Pontifex in pleno Patrum con-  
 fessu celeberrimum Mathematicum Bi-  
 anchini tanquam Legatum a Latere,  
 duos Præsules & viginti quatuor Mis-  
 sionarios Moscoviam decernere statuit.

Cum autem idem Moscoviæ Dux  
 haud contentus esset, quod apud Rus-  
 sorum Nationem civile ac militare re-  
 gimen ad optimam normam reduxisset,  
 insuper die secunda Novembris confectas  
 Nyftadii in Finlandia cum Suecis pace,  
 ad Russorum religionem a corrup-  
 telis, atque superstitionibus expurgan-  
 dam animum adjecit: quoniam vero Gottfrid Hist. cont. Chron. l. 17. pag. 792.

id suæ potestatis limites excedere ar-  
 bitraretur, Collegium Ecclesiasticum,  
 quod ex uno Præside, duobus Pro-  
 Præsidibus, quatuor Consiliariis, &  
 totidem Assessoribus constaret, insti-  
 tuit, eisque injunxit, ut præmisso ma-  
 turo examine regulas præscriberent,  
 juxta quas ipsi omnia Ecclesiastica ne-  
 gotia & causas in universa Russia di-  
 judicarent, ut quivis in rebus sacris  
 hujus Collegii Ecclesiastici sententiæ,  
 & judicio stare teneretur. Præcipie-  
 batur autem I. Ut sedulo inquiratur,  
 an omnia rite & juxta Religionis Chri-  
 stianæ præcepta peragantur. II. Eo  
 fine, omnes precum formulæ, an sacris  
 literis

Sæc. XVIII. literis sint consonæ, & III. Sanctorum vi-  
A. C. 1721 tæ, & reliquæ discutiantur, utrum non  
 falsæ, vel ridiculis falsisque historiis  
 contaminatæ sint IV. aboleantur om-  
 nes novitates, quibus homines vel ad  
 actiones pravas inducerentur, vel ad  
 usum fallacis medici ad salutem indu-  
 cuntur, uti sunt omnibus feriis sextis  
 abstinere a labore, credere quod om-  
 nis, qui Kioviæ in Peozzeriano Mon-  
 asterio sepelitur, licet impœnitens esse  
 salvaretur tamen. V. inepti ac non  
 ritus abrogentur, v. g. mulierem passis  
 crinibus sub nomine sanctæ Pœnitentiæ  
 in supplicatione publica circumducere  
 eique ante quamlibet Ecclesiam homo-  
 rem exhibere & dona largiri, sub spe  
 maximæ felicitatis inde consequendæ  
 aut Litanias cum populo sub quercu  
 per Sacerdotes cantare, ramosque dis-  
 tribuere; abrogentur ergo omnes ritus  
 qui vel superstitionem, vel hypocrisis  
 aut questum præferant. VI. Propri-  
 ciatur populo de libris necessariis, ut  
 sedula eorum lectione populus in Chri-  
 stiana religione probe imbuatur. VII.  
 Ditiora cujusque Diœcesis monasteria  
 vigesimam sui frumenti, & trigesi-  
 mam suorum proventuum partem Scho-  
 lendinas, aliaque utilia ædificia nullas  
 ædes duntaxat ad luxum & pompam  
 erigant.

erigant. IX. Sacerdotes pro sui ministerii actibus; v. g. administratione Baptismi, sepultura &c. nihil paciscantur, sed ultro oblati contenti sint.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1721.

X. Monachi nullum triginta annis minorem, nullum militem vel rusticum nisi a suo Hero rite dimissum, nullum Maritum, nec filium sine parentum consensu, nullum ære alieno gravatum, vel Cancellariæ ministerio addictum in sacram suam familiam cooptent, cooptati vero unius anni tyrocinium fubeant, priusquam vota solemniter spon- sione emittant. XI. facta etiam profes- sione, & suscepto S. Ordine, si eos pro- missi poenitet, sine molestia vel igno- minia nota e claustro abire, eis licitum sit. XII. Monialis usque ad sexagesi- mum ætatis annum non velata ma- neat, ac interim, si voluerit, matrimo- nium inire poterit. XIII. Prope mo- nasteria, quorum redditus sunt abun- dantissimi, Nosocomia exstruantur, in quibus decrepiti, vel infirmi per totum vitæ spatium ad Dei honorem alantur.

Hoc Religionis studium, atque erga Religiosos Catholicos pietas in Principe Schismatico summo opere com- mendanda videtur, & si quid in hisce præceptis ab hoc Consilio Ecclesiastico Ca- tholicæ religioni minus congruum fuit statutum, inveterato schismati, non Reli-

Sæc. XVIII Religionis odio imputandum est: Hunc  
 A. C. 1721. saltem fructum, benedicente Domino,  
 hæc restaurata disciplina protulit, ut  
 Theodorus Toboliensis in Siberia Me-  
 tropolita intra breve temporis spa-  
 tium ultra quadraginta Tartarorum  
 millia ad Christianam fidem reduxerit,  
 eisque tantum in Idololatriam horro-  
 rem implantarit, ut ipsimet erectis vi-  
 ginti novis Templis sua delubra de-  
 struerent, & certatim idola in ignem  
 conjicerent:

Senatus quoque Petroburgensis, ut  
 ob paternam Ducis sollicitudinem, ac  
 restauratam Regni felicitatem gratum  
 eidem monstraret animum, Petrum  
 Ducem rogabat, ut hunc assumere  
 dignaretur titulum: *Petrus Magnus,*  
*patriæ Pater, & totius Russiæ Imperator.*  
 Ad hanc suorum petitionem suspensus  
 hæsit Dux, re autem cum Novogra-  
 densi & Plasckoviensi Archiepiscopis in  
 deliberationem vocata, eisdem respon-  
 dit, se eorum votis assensurum, petere  
 tamen, ut die decima quarta Octobris  
 omnes Regni Ordines suam petitionem  
 amplioribus verbis exponerent. Præ-  
 fata igitur die Galoskin supremus Can-  
 cellarius nomine omnium Ordinum lu-  
 culentam habuit orationem, in qua ex-  
 posuit, totam Russorum Nationem im-  
 motæ Ducis sui sollicitudini in acceptis  
 referre,

referre, quod ea inter alias morigera- Sæc. XVIII.  
 tas Nationes *ex nihilo ad quid magnum* A. C. 1721.  
 elevata fuerit, ac propterea in gratitu-  
 dinis signum hunc titulum offerat &c.  
 Altera mox die Schaffirofus Pro-Can-  
 cellarius cunctis exterorum Principum  
 Ministris significabat, suum Ducem ad  
 subditorum preces titulum Imperatoris  
 assumpsisse: reclamabant tamen non-  
 nulli Principes, ac præcipue Carolus  
 Imperator, eoquod ejusmodi præroga-  
 tiva sine totius Imperii consensu in-  
 vehi nequiret.

§. XXXIV.

*Varii Protestantium motus contra  
 Electorem Palatinum.*

Quamvis Carolus Philippus Palatinus Struvens  
 Elector sæpius declarasset, quod Pfütz. Kirch.  
 Religionis gravamina a Calvinistis & Hist. cap. 14.  
 Lutheranis excogitata juxta Impera- p. 1493.  
 toris & Principum ab eo deputatorum  
 sententiam abolere paratus esset, ni-  
 hilominus Joannes de Reck Angliæ  
 Regis Consiliarius nomine sic dicti  
 Corporis Evangelicorum importunius pe-  
 tebat, ut Elector Calviniano - Eccle-  
 siasticum Senatam, necnon Ecclesia-  
 sticorum bonorum administrationem  
 Heidelbergæ Manheimium non trans-  
 ferret, ad officia Protestantes assumeret,  
 &